



Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 6. Quam mala sit malè confessarij electio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

ciat, totum immundum reddit: ita si dinitias
auaritia attigerit omnes fætore suo corrumpit. hem. 72.
in Ioan.
Quod & Venus & Bacchus facit.

Fili hominum usquequo graui corde, ut quid VI.
diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Sen-
tis conscientiæ intemperiem, videtis vos
ægrotare, vultis sanari; & medicum peritum
fugitis? queritis imperitum? Qui, vnlneri SARII
accepto, declinat chirurgum bonum, & illo ELECTIO?
vtitur, qui vngit tantum, nec sanat ex fun-
damento? Socratis dictum est, *aureus lectus*
non iuuat ægrotantem. Aureum vos dicitis
habere confessarium, cur? quia tacet, quia
vos sinit versari in usuris, furtis, odijs, libi-
dinibus vestris. Non est aureus iste, sed vo-
bis videtur fulgere. Fulgor vos decipit; non
ducit, sed seducit. Ut Cyclops, vel cæcus ma-
num porrigit, & ductum sequitur trahentis;
sic vos Confessarius indoctus, aut ipse pec-
catis excæcatus non in viam, sed in ruinam
ducit. Cur cæcum eligitis? *cæcus, si cæco duca-* Matth.
tum præstet, ambo infousam cadunt. Quare, 15. 14.
non sine cauſa, dixit Seruator: *Attendite à Matth. 7.*
falsis Prophetis. Et, vt S. Leo scripsit: *magni* S. Leo
laboris est, magnique discriminis, inter dubias im- serm. sc
peritorum opiniones, & verisimiles falsitates, per
vnam sanæ doctrinae semitam, inoffensis gressibus

E 5

ambu-

74 Cap. II. De auaritia Itali fænectoris,

*ambulare: & cùm vndiq^s se laquei erroresq^s op-
ponant, omne periculum deceptionis euadere.*

*Quid illis fiet, qui bonum ducem fugiunt,
malum quærunt? Sinunt se isti à vanissimo*

*quoque per deuia abduci, quid nō facient,
si habeant ipsum Confessarium erroris fau-*

S. Hilar.
in Com.
7 cap. i.
Matthæi.

*torem? Hæc sunt vestimenta ouium, mansue-
tudinis simulatio, & blandimenta verborum, ait*

S. Hilarius. Nam & Confessarij mali, per

*dulces sermones, & benedictiones seducunt cor-
da innocentium quoque, quid in cordibus non*

*efficient nocentium, & in scelere permanere
cupientium? Nempe id, quod inepti me-
dici, qui, dum ægrotō omnia concedunt,*

*ægrotum non sanant, sed necant. Quan-
quam longè peiore euentu id agunt medici
spirituales. Corporum medici, sibi ipsis non*

*obsunt, si malas præscribunt & nocituras
ægris medicinas. At animarum medici, si*

*sunt imperiti, aut negligentes, & ægros suos
perdunt, & se ipsos cum ægris; cæcus, si caco-*

Matth. 15.
14.

*ducatum præstet, ambo in foueam cadunt, mo-
nomachis miseriores. Nempe,*

Non habet euentus fôrdida præda bonos.

*Hoc Nobili, hoc Confessario illius ac-
cidit. Quoties enim usurarius ille redijt ad*

confessionem, toties, sine vlla restitutio-

impo-

VII.
CONFI-
TENTIS
MALE, ET